

JANUARY 14, ST. HILARY, DOCTOR OF THE CHURCH

[Errors? help@extraordinaryform.org](#)

This feast, kept in Tours on January 13 from the end of the Fifth Century, was inserted in the Roman Calendar by Pius IX. St. Hilary was a native of Poitiers, and his family was one of the most illustrious in Gaul. In the year 353 he was chosen bishop of Poitiers. About the year 356 he was banished by order of Emperor Constantius. He died in his native city, January 13, 363.

INTROIT Ecclesiasticus 15: 5

In médio Ecclésiæ aperuit os ejus: et implévit eum Dóminus spírítu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ índuit eum. (Ps. 91: 2) Bonum est confítéri Dómino: et psállere nómini tuo Altíssime. Glória Patri et Filio et Spírítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. In médio Ecclésiæ aperuit os ejus: et implévit eum Dóminus spírítu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ índuit eum.

COLLECT

Deus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Hilarium mínístrum tribuisti: præsta, quæsumus; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of St. Felix)

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus: ut ad meliórem vitam Sanctórum tuórum exémpla nos próvocent; quatenus, quorum solémnia ágimus, étiam actus imitémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 2 Timothy 4: 1-8

Caríssime: Testíficor coram Deo, et Jesu Christo, qui judicatúrus est vivos et mórtuos, per advéntum ipsíus, et regnum ejus: prædica verbum, insta oportúne, importúne: árgue, óbseca, íncrepa in omni patiéntia, et doctrína. Erit enim tempus, cum sanam doctrínam non sustinébunt, sed ad sua desidéria coacervábunt sibi magístros, pruriéntes áuribus, et a verítate quidem audítum avértent, ad fábulas autem converténtur. Tu vero vígila, in ómnibus labóra, opus fac evangelistæ, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim iam delíbor, et tempus resolutiónis meæ instat. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In réliquo repósita est mihi coróna justítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die, justus judex: non solum autem mihi, sed et iis, qui dilígunt advéntum ejus.

GRADUAL Psalms 36: 30, 31

Os justí meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur júdicium. Lex Dei ejus in corde ipsíus: et non supplantábuntur gressus ejus.

LESSER ALLELUIA

Ecclesiasticus 45: 8

Allelúja, allelúja. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum. Allelúja.

GOSPEL Matthew 5: 13-19

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanúerit, in quo saliétur? Ad níhilum valet ultra, nisi ut mittátur foras, et conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem pósita. Neque accéndunt lucérnam, et ponunt eam sub módio, sed super candelábrum, ut lúceat ómnibus qui in domo sunt. Sic lúceat lux vestra coram homínibus: ut vídeant ópera vestra bona, et gloríficent Patrem vestrum, qui in cælis est. Nolíte negare quóniam veni sólvete legem aut prophétas: non veni sólvete, sed adimplére. Amen quippe dico vobis, donec tránseat cælum et terra, iota unum aut unus apex non præteríbit a lege donec ómnia fiant. Qui ergo sólverit unum de mandátis istis mínimis, et docúerit sic hómines, mínimus vocábitur in regno cælórum: qui autem fecérít et docúerit, hic magnus vocábitur in regno cælórum.

OFFERTORY Psalms 91: 13

Iustus ut palma florébit: sicut cedrus, quæ in Líbano est, multiplicábitur.

SECRET

Sancti Hilárii Pontíficis tui atque Doctóris nobis, Dómine, pia non desit orátio: quæ et múnera nostra concíliet; et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of St. Felix)

Hóstias tibi, Dómine, beáti Félicis Mártiris tui dicátas méritis, benígnus assúme: et ad perpétuum nobis tribue proveníre subsidium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Luke 12: 42

Fidélis servus et prudens, quem constítuit dóminus super familiam suam: ut det illis in témpore trítici mensúram.

POSTCOMMUNION

Ut nobis, Dómine, tua sacrificia dent salútem: beátus Hilárius Póntifex tuus, et Doctor egrégíus, quæsumus, precátor accédat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of St. Felix)

Quæsumus, Dómine, salutáribus repléti mystériis: ut, beáti Félicis Mártiris tui, cujus solémnia celebrámus, oratiónebus adjuvémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

In the midst of the Church he opened his mouth: and the Lord filled him with the spirit of wisdom and understanding. (Ps. 91: 2) It is good to give praise to the Lord: and to sing to Thy Name, O Most High. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. In the midst of the Church he opened his mouth: and the Lord filled him with the spirit of wisdom and understanding.

O God, who didst give blessed Hilary as a minister of eternal salvation to Thy people: grant, we beseech Thee, that we, who have had him for our teacher on earth, may deserve to have him for our advocate in heaven. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Grant, we beseech Thee, O almighty God, that the examples of Thy saints may inspire us to a better life, whereby we may imitate his deeds whose solemnity we are keeping. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, I charge thee, before God and Jesus Christ, who shall judge the living and the dead, by His coming, and His kingdom: preach the word: be instant in season, out of season: reprove, entreat, rebuke in all patience and doctrine. For there shall be a time when they will not endure sound doctrine, but according to their own desires they will heap to themselves teachers, having itching ears: and will indeed turn away their hearing from the truth, but will be turned unto fables. But be thou vigilant, labour in all things, do the work of an evangelist, fulfill thy ministry. Be sober. For I am even now ready to be sacrificed: and the time of my dissolution is at hand. I have fought a good fight, I have finished my course, I have kept the faith. As to the rest, there is laid up for me a crown of justice, which the Lord, the just Judge, will render to me in that day: and not only to me, but to them also that love his coming.

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment. The law of his God is in his heart: and his steps shall not be supplanted.

Alleluia, alleluia. The Lord loved him and adorned him: He clothed him with a robe of glory. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples: You are the salt of the earth. But if the salt lose its savor, wherewith shall it be salted? It is good for nothing any more but to be cast out, and to be trodden on by men. You are the light of the world. A city seated on a mountain cannot be hid. Neither do men light a candle and put it under a bushel, but upon a candlestick, that it may shine to all that are in the house. So let your light shine before men, that they may see your good works, and glorify your Father who is in heaven. Do not think that I am come to destroy the law, or the prophets. I am not come to destroy, but to fulfill. For amen I say unto you, till heaven and earth pass, one jot, or one tittle shall not pass of the law, till all be fulfilled. He therefore that shall break one of these least commandments, and shall so teach men, shall be called the least in the kingdom of heaven. But he that shall do and teach, he shall be called great in the kingdom of heaven.

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up, like the cedar of Libanus.

May the holy prayer of St. Hilary, Thy Bishop and Doctor, fail us not, O Lord: may it render our offerings acceptable, and ever obtain for us Thy pardon. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Graciously receive, O Lord, the sacrifices dedicated to the merits of Thy blessed martyr Felix, and grant them to profit us unto everlasting aid. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

The faithful and wise servant, whom his lord setteth over his family: to give them their measure of wheat in due season.

We beseech Thee, O Lord, that blessed Hilary, Thy Bishop and illustrious Doctor, may approach to pray for us, that these Thy sacrifices may bring us salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Filled with the mysteries of salvation, we beseech Thee, O Lord, that we may be assisted with the prayers of blessed Felix, Thy martyr, whose solemnity we celebrate. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.